



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Cibi miræ parcitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

recumbere sine dolore posset, nec raro multum cutis, ægre cohærentibus ossibus, detereretur. Igitur in eo cruciatu noctes, ac dies agenti, forte excidit; Frater, nōne possemus aliquid mollius substernere? Vixq; finierat, cum continuo tanquam experrectus reprehendit se se, subiecitque, nihil præterea, nihil est opus: corpus non tam indulgenter tractandum est. Medentibus singularem præstabat obedientiam: quanquam interdum diceret, silicernio non opus esse medicamentis, quod migrandum esset ad Patres.

Cibo ita vtebatur exiguo, ut eo videretur humana vita naturaliter tolerari nō posse. Vix enim Octiduo tantum sumebat, quantum aliis qui-  
Cibi minime  
parcitur.  
uis vnico prandio: ac sæpe numero pransus permodice more suo, ad insequentis diei prandium nihil prorsus seu cibi, seu potionis gustabat. Haud minori miraculo erat abstinentia hominis senis à vino: nam & per pauxillum id, quod adhibebat plurima aqua perdebat magis, quam diluebat. Nec semel per administri obliuionem euenit, ut nulla re ad bibendum apposita siccus obduceret dies: eoq; nec suam prodente sitim, nec alienam incuriam querente, sero iam aliunde res noscere-

Cc 2 tur.

tur. Nimirum ex longa totius vitæ disciplina tantæ sibi virtutis assuetudinem fecerat, planeq; corpus redegerat in animi potestatem. Erat cibus de communi fere toti Collegio, isq; vnu omnium arridebat suauissimè: nec vt præparcū suum vnuquam excederet modū, poterat impetrari: multo minus vt indicaret eccuius nominatim rei desiderio teneretur. Quo tamen in genere cum diutius prope vexatus tandem auiculam nominasset, cuenit, vte o die nulla nec aliunde, nec in foro vernalis reperiretur. Sedebat ergo die iam præcipiti frater in cubiculo mœrens, quod postquam adeo bonum Patrem percunctando obtuderat, eius semel cognitę voluntati gerere morem nequireret, cum repente inuolat per fenestram auicula, & facillime capi se finit. Eam velut diuinitus missam lætus coxit, Patriq; dedit. Quam is vbi comedit, laus Deo inquit, quam opiparam cœnam hodie habui? nec præterea quicquam attigit in ea cœna. Ceterum tota eius ratio vescendi continens videbatur oratio. Ad singulas buccellas, & sorbitiunculas, vel Deum, ac Christum Iesum, vel cœlestium aliquem inuocabat, à signo Crucis exordiens, & in SS.<sup>m̄</sup> Trinitate desinens. Quæ faciebat

Auicula ei vi-  
 datur diuini-  
 tate praebita.

